

Ab. 127.
29.

DISPUTATIO XIII.

DE CONDI-

tionibus ex Promutuo ^{lib 4 c.}
_{1. 5 7. 4}

Quam

Christo Duce & auspice Christo.

PRÆSIDE

Dn. ORTOLPHO FOMANNO

V. I. D. & Pandectarum Pro-
fessore publico.

Ad diem 10. Novemb. in publico
Pandectarum collegio pro virili
defender

Theodorus Optichthyrus
Hachenburgensis.



I E N A E

Typis Tobia Steinmanni.

Anno. 1 5 9 9.



Reverendis, pietate & erudi-
tione præstantibus Viris

Dn. M. LEOPOLDO OPTICHTHYO,
Ecclesiarum quæ sunt in comitatu Saynensi,
Superintendenti vigilantissimo, parenti suo unice
colendo. Dn. Bartholomæo Textori, Dn. Valentino
Apiario, Hockstenbachensium & Birmbachen-
sium Pastoribus, fautoribus & amicis suis
honorandis

Hanc de promutuo disputationem

*Observantia, gratitudinis &
amoris ergo*

dicat & offert Respondens.



I.

Inur 1 2 1 p. 1200 c. 1 7 1200



Condiçiones sunt vel speciali nomine
ita dictæ, vel non. De illis hoc in loco,
quæ sunt vel civiles, vel pratoria. Civi-
les rursus vel speciales vel generales.
Speciales vel occasione maleficij na-
scuntur, vel non. Posterioris generis quæ sunt dan-
tur ob causam vel sine causa. Causam vel
honestam, ut condiçtio causa data. Vel turpem, con-
diçtio scilicet ob turpem. Sine causa, si quis solverit
indebitum. Prioris generis est condiçtio furtiva. Ge-
nerales sunt condiçtio sine causa, ex lege, & Triticia-
ria. Et quia sæpè evenit, ut quod certo loco promif-
sum est, alio loco condicatur, peculiaris condiçtio
pro dita de eo, quod certo loco. Pratoria est actio de
constituta pecunia.

1. 6 4 c. 1 5 f. 3

1. 6 4 c. 1 5 f. 1.

It p. 1200 c. 1 7 1200

II.

1. 6 4 c. 1 5 f. 2 1. 6 4 c. 1 5 f. 10

De civilibus specialibus impræsentiarum. Con-
diçtio causa data, causa non secuta, vel ob causam
dati, vel ob rem dati est actio in personam, qua ob
causam datum repetitur, si causa secuta non sit.

Condiçtio causa data.

1. 6 4 c. 1 5 f. 10 11. 12

III.

Hanc et si alij ex nominato contractu venire vo-
lunt: eam tamen ex innominato quodam modo de-
scendere concludimus.

IIII.

Eamque intentamus, quando pecunia ut cer-
ta species datur, non ut pretium.

V.

Non tantum post moram, si interpellatus dare

A 2

cessa-



cessavit: Sed etiam ex poenitentia, si is qui dedit, re-
vocare cupit. *l. 4 c. 1. §. 12*

VI.

l. 4 c. 1. §. 50 Quid si sub causa quid datum impossibili, num
condictio habetur pro non scripta, ideoque id, quod
datum est condici non poterit? Repetitio minime
denegabitur, nisi dans scivit causam esse impossibi-
lem *l. 4 c. 1. §. 51*

VII.

l. 4 c. 1. §. 33 Et si donatio inter vivos semel perfecta sine in-
gratitudinis causis non revocatur: re tamen donata
ea lege, ne illam donator alienet, si alienatio subse-
cuta, donata condicatur.

VIII.

l. 4 c. 1. §. 33 Sed quaeritur, an prohibita pacto alienatione,
si nihilominus accipiens alienavit, transferatur do-
minium. Affirmamus.

IX.

l. 4 c. 1. §. 93 Culpa accipientis quando facultas implendi
amissa est, sine dubio datum repetitur: Sed casu tor-
tuito resistente, quo minus promissum impleri possit,
an tum etiam datum condicatur, magna quaestio est.
l. 4 c. 1. §. 82 Intrepidè dicimus etiam propter casum causa non
secuta datum ob causam avocari.

X.

l. 4 c. 1. §. 40 Heredes quod attinet, poenitentia ad revoca-
tionem dati rebus integris illi quidem nominatim
conceditur qui dedit, nec heredibus ipsius: hi tamen
ex poenitentia simul & causa non secuta quin con-
dicere à defuncto datum possint, non ambigimus.

XI.

Et hæc obtinent, si causa, ob quam quid datum
est,

est, honesta sit. Condictio ob turpem causam repe-
titur res jure data & turpiter accepta.

Condictio
ob turpem
causam.

XII.

Cumque solius accipientis turpitudine repetitio-
ni causam præbeat, quaritur an ultra solidum in lu-
su permissio solutum condicatur. Affirmantium opi-
nionem propugnare conabimur.

XIII.

Deprehensus in furto ne prodatur, vel meretri-
ci ut sui faciat copiam numos dans an hoc actionis
beneficio datos recuperabit? Vtrumque negamus.

XIV.

An igitur furem prodere tenemur & meretrix
promissum petere poterit? Minime gentium.

XV.

E diverso iudici, ut verè judicet, & testi, ut verè
deponat, si do, licet utrumque videar corrumpere:
condictione tamen uti me posse verius est.

XVI.

Remisi partem debiti illi, quem vix ad solutio-
nem compellere poteram, num donasse censebor,
an verò id quod remisi condicendi potestas datur?
Posterius asserimus.

XVII.

Tantum de condictionibus ob causam. Sine
causa si apud quem res invenitur facti errore soluta,
reddenda est.

De condi-
tione inde-
biti.

XVIII.

In §.is quoq; i. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig.
Imp. in debitum proprijs contractib. subjecit, non

A 3

quod

lib 4 c. 1 f. 10

quod sit proprius contractus, sed quia in debitum accipienti perinde indebitum condici potest, ac si mutuum accepisset. Oritur igitur conditio indebiti ex improptio contractu.

XIX.

lib 4 c. 1 f. 5

Requisitum

Solane facti ignorantia, an verò & juris error, si præsertim de damno vitando agitur causa hujus actionis est? Prius defendemus.

XX.

Sup. m. 20 m. 1 h. 3

Ergo qui sciens indebitum numeravit hac mente ut postea repeteret, non admittitur ad hanc actionem. Vtrumne scienter recipiens indebitum furtum committit? Disting.

XXI.

lib 4 c. 1 f. 67

Num à titubante, vel dubitante solutum hoc iudicio condicitur? A. cum dubitatio pro errore habeatur.

XXII.

lib 4 c. 1 f. 43

Nec sufficit facti error, nisi etiam quid solutum sit. Vnde si in area mea ædificasti, quamvis domum extructam possideam: hanc tamen conditionem frustra in me tentas.

XXIII.

lib 4 c. 1 f. 54

Pecunia verò an aliena sit, quæ data est, nihil refert.

XXIV.

lib 4 c. 1 f. 42

Tandem an indebitum sit solutum spectatur, & indebitum dicitur, quod vel planè nõ debebatur, vel propter exceptionem perpetuam peti non poterat.

XXV.

d. fil. 42

At filius fam. mutuo accipiens pecuniam habet exceptionem perpetuam, & tamen per errorem solutam

solutam repetere nequit? Illa in favorem debitoris non comparata, nec naturalem obligationem perimit, & proinde conditioni obstaculo est.

XXVI.

Quid igitur, si solvens ad antidora tenetur, num repetitio soluti detrectanda? Communis Dd. opinio id negat, quam sequimur.

XXVII.

Fratre solvente pecuniam post mortem patris, quam ante patris obitum à fratre mutuo acceperat; pro eâ parte, qua ipse patri heres extitit, repetet, pro altera qua ipse creditor successit tunc condicet, si non minus ex peculio suo ad fratrem creditorem pervenit.

XXVIII.

Alternativè obligatus eram, solvi errore facti utrumque licebit mihi repetere, & habebo electionem etiam post solutionem. Nec per l. pen. C. de cond. indeb. corrigitur l. planè 2. ff. eod. quia multum interest, utrum duo, qui illud aut illud debuerunt, pariter ambo utrumque solvant, an verò unus qui idem debuit, solus utrumque det.

XXIX.

In diem vel conditionem certum debitum, quamvis ante diem vel conditionem solutio fiat, repetitio cessat, quamvis inter usurium medij temporis, si solventis interesse coepit, merito præstetur.

XXX.

Cessat quoque hæc conditio si quis ex ijs causis solvit ex quibus inficiando lis crescit, vel si reus suum recepit, etiamsi alius, quàm verus debitor solverit, vel si usuras indebitas accepit, quoniam sorti imputantur.

1.6 + c. 5 fl. 9 tantur vel si ex causa judicati, vel transactionis aut
poenæ nomine quid solutum vel si post solutionem
30. annor. spacio actio præscripta.

XXXI.

1.6 + c. 1 De condic.
9 fl. 9 sine causa.

Qui indebitum solvit, & quantitatem condi-
cturus speciali indebiti conditione experitur. Con-
dictio verò sine causa generalis ob id maximè com-
parata, ut si casus incidet, quo superiorum condic-
tionum nulla locum habere possit, vel quænam dan-
da sit probabiliter dubitetur, hac generali agatur.

XXXII.

1.6 3 c. 1 43

f. 2 condic.
furtiva.

Condictio furtiva ei competit cui res surrepta
adversus furem, ut reddat.

XXXIII.

Datur etiam in heredem. An in solidum? A.
1.6 + c. 1 8 fl. 10

XXXIV.

1.6 8 fl. 20

Locus etiam erit conditioni si res furtiva perijt
ad æstimationem temporis, quo res unquam fuit
plurimi.

F I N I S.



Kc 3192


8^u

(X2217985)

VO 12

MC





DISPUTATIO XIII.
COND
onibus ex Promutuo ^{lib 4 C.}
Quam
to Duce & auspice Christo.
PRAESIDE
ORTOLPHO FOMANNO
D. & Pandectarum Pro-
fessore publico.
m 10. Novemb. in publico
lectarum collegio pro virili
defender
Theodorus Optichthys
Hachenburgensis.
SSO
IENAE
Typis Tobiae Steinmanni.
Anno. 1599.

